

suorum contumeliis agebatur imperator Ludovicus. 'En', inquit, 'huic', astringens manum sancti Remigii, 'auctoritas est à Christo tradita Francorum perseveranter imperii. Equidem sicut hanc gentem sua doctrina convertit ab infidelitate, sic etiam donum¹ semper inviolabile possidet eis regem vel imperatorem constituendi'. Quae beatissima Dei genitrice dicente, frater prememoratus evigilavit repente.

Catalogus regum Italicorum Lucensis.

In dem Codex nr. 618 der Kapitelbibliothek in Lucca, der von jeher dem Kapitel gehört hat², steht f. 2 von einer Hand zu Anfang des 12. Jahrhunderts geschrieben folgender Königskatalog.

Initium Caroli in Longobardia anni Domini ab incarnatione DCCLXX, reg. ann. XXXVI.

Pipinus filius eius, in primo anno sui regni ann. Domini ab incarnatione DCCXC, regnavit annos XXXIII.

Lodoicus filius eiusdem, primo anno sui regni ann. Domini ab incarnatione DCCCXIII, regnavit ann. VIII.

Lotharius filius eiusdem Caroli³, primo anno sui regni erant ab incarnatione ann. Domini DCCCXXII, reg. ann. XXVIII.

Lodoigus filius Lotharii, in primo anno sui regni erant ab incarnatione Domini ann. DCCCL, reg. annos XXVI.

Benengarius⁴, primo anno sui regni erant ab incarnatione Domini ann. DCCCLXXVII, regnavit annos XXXVIII.

Ugo, primo anno sui regni erant ab incarnatione Domini anni DCCCCXXI, reg. annos XXVII.

Lotharius filius eius, primo anno sui regni erant ab incarnatione Domini anni DCCCCXLVIII, reg. annos duos.

Beringarius rex cum Alberto filio suo, primo ann. sui regni erant ab incarnatione Domini anni DCCCCL, reg. ann. XI.

Octo primus imperator, primo ann. sui regni erant ab incarnatione Domini ann. DCCCCLXI, reg. annos XI et menses III.

Octo filius eius, primo anno sui regni erant ab incarnatione Domini ann. DCCCCLXXII, reg. ann. XI.

1) Uebergeschrieben. 2) F. 2 steht von Hand saec. XII: 'Iste liber est beati Martini ['Lucensis archiepiscopatus' übergeschrieben]. Quem si quis furatus fuerit aut fraudulenter retinuerit, ex auctoritate huius matricis ecclesie, quæ caput est omnium ecclesiarum huius episcopatus, et consensu canonicorum anathema sit in perpetuum, nisi reddiderit. Amen. Fiat. fiat. fiat.' Die Handschrift ist Archiv XII, 708 ausreichend beschrieben. Hinter dem Nekrolog der Kathedrale von Lucca folgen noch zwei Breven Papst Alexanders III, Dat. Ferent. VIII. Kal. April. und Dat. Anagnie III. Id. April., von Hand saec. XII. eingetragen. 3) 'Caroli' hat sich wohl aus der vorhergehenden Zeile, wo es hinter 'eiusdem' stehen sollte, hierhin verirrt. 4) So!